



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 32. Epistola Monachorum ex Syria ad Papam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

Sæculum V. rent. Simoniam horrerent. Nullum tr.
A.C. 517. midi ordinarent, cuius Eleætio Simonie
labe forderet. Tandem ut Concilia sal-
tem semel in anno agerent. Huic Epi-
stolæ Papa addidit aliam, privatim ad Jo-
annem directam; laudat viri zelum,
eumque suum in Hispania Vicarium sal-
vis tamen Metropolitarum Privilegiis
constituit. Hæc duæ Epistolæ secunda
Aprilis 517. Agapito Consule datæ, &
Concilio Gerundano priores esse viden-
tur, nam Joannes Tarragonensis in Italia
erat, quando Litteras ad Papam dedit.
Papa etiam in Boëtica, & Lusitania Vica-
rium sibi constituit Salustum Episcopum
Hispalensem, dans ipsi Potestatem illa-
rum Provinciarum Episcopos ad Syno-
dum convocandi, ubi necessarium vide-
retur, & Causas judicandi eo onere, ut
Acta deinde ad Summum Pontificem re-
ferret. (*)

Ep. 26.

§. XXXII.

Epistolæ Monachorum ex Syria ad Papam.

To. 4. Conc. p. 1461. Inter hæc Hormisdas Papa missum ab
Archimandritis & Monachis Syriæ Se-
cundæ accepit libellum supplicem, in quo
de

(*) Inde apparet, quanta SS. Pontificis illa-
ætate Auctoritas fuerit in Hispania, & Lusita-
nia.

de Persecutione Severi querebantur in Sæculum VI.
 hunc modum: *Cum in via ad Monaste-* A.C. 517.
rium S. Simeonis Ecclesiæ causa essemus
 (is est S. Simeon Stylites) *improbi homi-*
nes stræctis a latere insidiis in subeuntes
irruunt, trecentos ex nostris & quinqua-
ginta Viros cædunt, multos sauciant. Alii
ad Ecclesiæ confugientes nec inter Altaria
invenerunt refugium, quæ jugulatorum
sanguine respersa sunt. Immissa per no-
cturnas tenebras seditiones bominum
multitudine, quam datis pecuniis incita-
verant, Monasteriis flamas injecerunt,
& pauperem penum abstulerunt. Omnia
accurate intelliges ex litteris, quas ad te
venerabiles Fratres nostri Joannes & Ser-
gius deferunt. Ipsos Constantinopolim mi-
seramus sperantes, ita nos a tristissima ca-
lamitate posse liberari; sed Imperator Mo-
nachos ne quidem colloquio dignos habuit,
& contumeliose ejecit. Hinc cognovimus
bunc Principem tot malorum esse Auctorem.
Supplices ergo ad Te recurrimus, Sanctissime Pater! ut vulnera Ecclesiæ Corporis,
 cuius tu Caput es, (*) miserari velis. Vindi-
 cula contemptam Fidem, Canones, & Con-
 cilia spreta, cum tibi Deus Potestatem li-

U 5 gandi

(*) Ecce tibi, rursus eximum Testimonium
 ex Oriente petitum! Romanum Pontificem esse
 Totius Ecclesiæ Caput. Protestantes nihil fir-
 mum aut solidum habent, quo ejusmodi Testimo-
 nia

Sæculum VI. *gandi & solvendi dederit.* Tum proseq.
A.C. 518. quuntur sermonem tanquam ad plures,

nempe non ad solum Papam, sed etiam ad Episcopos Italiæ, & totius Occidentis pro antiqua consuetudine directum, ut que se Catholicos probent, adjecto Anathemate, quo feriunt Nestorium, Eutychen, Dioscorum, Petrum Mongum, Petrum Fullonem & Acacium, orationem concludunt. Huic Libello ultra ducenti

Abbates, Presbyteri & Diaconi subscripserunt, & ex Abbatibus viginti sex plerique nec Presbyteri nec Diaconi titulum

Philot. c. 16. apponunt. Primus legitur Alexander Presbyter & ad S. Maronem Archimandrita. Hujus Sancti viri vitam Theodoretus scripsit, & hic videmus, ipsius Monasterium in illa Provincia fuisse præcipuum. Ad hunc Libellum respondit Papa datis amplissimis litteris non solum ad Archimandritas secundæ Syriæ, sed ad omnes Orientis Catholicos directis. Hortatur ut firmi in Fide persistant. Epistola ista 10. Febr. post Consulatum Agapiti, id est, anno 518. data.

to. 5. Conc.

Ep. 30.

§. XXXIII.

nia diluant Interpres noster, quem in suis Annotationibus scribere non puduit, nullam in Oriente fuisse SS. Pontificum Auctoritatem, Testimonium istud: Deren Oberhaupt ihr seyd. sus manu hic scripsit, & stupide silet.